



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 3. Vtrum qualitates accidentariæ possint hypostaticè assumi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

DUBIUM III.

*Verum qualitates accidentaria possint  
hypostaticè assumi?*

**Accidens**  
**separatum**  
**potes t ad Deo**  
**terminari**  
**& suffici-**  
**ariis.**

**R**espondeo, Non posse assumi ut faciant vñā hypothetism cum Verbo. Probabile tamen est posse à Verbo terminari & sustentari, quemodo natura substantialis terminatur. Ita Gabriel & plerique nominales dist. I. Et ratio est, quia nulla hic cernitur implicatio: est enim vñā diuinum intimè prafens cuius naturæ accidentiaræ, & potest cius existentiam eleuare, & fursum ad se trahere, ita ut ipsi innitatur, & ab ipso pendeat. Si enim ita substantialis potest attrahere, quibus tamen naturale non est alteri vñiri, cur non etiam accidentia, quæ ex natura postulant ab alio dependere?

**II** Neque ad hoc necesse est ut accidentia habeant  
Inde tamen substantiam substantialem , quæ suppleatur :  
Deus non sufficit enim suppleri eorum inexistentiam in sub-  
dicto , & dependentiam ab eodem tamquam à ter-  
mino : quod fieri poterit per diuinam personam  
Albus. sine villâ tamen informatione . Nam aliud est in-  
formari aliqua forma , aliud eius dependentiam  
& existentiam determinare ; ut optimè notauit  
Scotus . Quod fiet vi Deus idcirco nō dicatur , v. g.  
albus : nam hæc denominatio sumitur à formâ  
informante , sed dicetur subsistens in albedine .  
Sicut in triduomortis , Deus nō dicebatur anima-  
tus , nec anima ; sed subsistens in animâ rationali .

## ARTICVLVS II.

*Vtrum Filius Dei assumpserit  
personam?*

**R**espondet Negatiuē. Filius Dei nullo modo assumpit personam humanam. Est fide tenendum, & habetur in Concilio Tolctano VI. & XI. vrobique cap. I. in confessione fidi: *Verbum non personam hominis accepit, sed naturam.* Et sequitur manifestē ex dictis quæst. 2. art. 2. contra Nestorium. Si enim assumpisset personam, essent duas persona in Christo; quod est Nestorij error. Sed est

D V B I V M . I.

*Virum per potentiam Dei absolutam, persona  
vel sicut natura personata possit assumi?*

**I**3 **V** Bi nota , Aliud esse assumi personam, aliud  
assumi naturam personatam : ad illud enim  
requiritur ut ipsa personalitas assumatur ; ad hoc  
autem satis est ut assumatur natura , conferuatā  
personalitate, licet non assumptā . Vnde supra  
quæst. 3. art. 6. dictum est, Patrem posse assumere  
naturam humanam personatam à Filio , non af-  
sumptā Filij personalitate.

*Implicat personam nullum.* Respondeo & Dico Primo, Nullo modo fieri potest ut persona assumatur hypostaticè. Est communis Doctòrum in 3. dist. 1. Ratio est, quia involuit contradictionem. Persona enim in suo formaliter conceptu includit esse non in alio : nam de ratione eius est incommunicabilitas, non tantum

ea quæ opponitur communicabilitati superioris, respectu inferioris (nam hoc modo etiam natura inclinatio est incommunicabilis) sed etiā ea quæ opponitur communicationi, quæ fit supposito. Assum autem, est esse in alio: ergo contradic̄to est personam assumi. Deinde, Omnis unio persona cum persona, tantum potest esse accidentaria, non efficiens quid unum; ut patet ex dictis quæst.  
2. art. 2.

Dico Secundò, Fieri etiam nequit ut natura  
retinens suam personalitatem, à ciuiâ personâ 14  
assumatur, etiam si fingamus ipsam personalitatem Idem dia-  
de natu-  
personat  
non assumi. Est etiam communis Doctorum in 3.  
dist. 1. Scoti, Durandi, Paludani, &c. & Caic-  
tani suprà qu. 3. art. 6.

Probatur Primo, Quia hæc omnino videtur esse mens Conciliorum, dum definiunt in Christo non esse personam creatam, eò quod natura humana subsisteret substantia Verbi: ergo supponunt fieri nullo modo posse, ut illæ dua personalitates sint simul.

Dices, Personalis diuina excludit à naturā humanā propriam personalitatem creatam, si spectemus naturalem rerum conditionem; & idcirco Concilia & Patres dicunt id fieri non posse ut simili sunt; si tamen spectemus potentiam Dei absolutam, id fieri posse.

Respondeo, Si spicemus conditionem rerum, etiam est impossibile ut natura non personata assumatur; & tamen dicitur posibile, eò quòd per omnipotentiam Dei possit fieri: ergo si natura personata per eandem omnipotentiam potest assumi, hac assumptio absolute dicitur posibilis; quod est contra Concilium. Quidquid enim in hoc mysterio dicitur posibile, vel impossibile, solum cōparatione omnipotentiae diuinæ ita dicitur: per illam enim omnia facta sunt, quæ huic mysteriū sunt propria. Ratio est, quis personalitas

creata constituit in eo quod est naturam esse per se, id est, non in alio; siue fit aliquis modus positivius, siue non: hoc ipso enim quo natura rationalis existit per se nulli adherens, est persona: atque natura unita aliena persona, habet esse in alio: implicat autem ut una eademque natura existat simul per se, & in alio: nam illud per se, includit intrinsecè non in alio: ergo natura creata rectinens propriam personalitatem, nullo modo potest assumi; quia simul esset in alio, & non in alio. Naturæ vero assumpta ad extrinsecam personalitatem, potest vterius ab alia persona assumi; quia non repugnat, ut eadem natura habeat duos modos inexistendi; seu ut inexsistat, & sustentetur à duobus: sicut repugnat esse per se, & esse in alio. Quod patet in simili; quia non repugnat accidentis unum esse in duobus subiectis; repugnat tamen, accidentis esse per se, & esse in subiecto: nam esse per se, includit esse non in subiecto.

Dices, Natura diuina habet propriam & naturalem personalitatem in Patre, & tamen vterius

alem personalitatem in Patre, & tamen vltterius personata, potest personari & terminari in Filio: ergo etiam natura creata habenti propriam suam personalitatem, poterit hoc communicari, vt ab alia personalitate possit vltterius terminari.

Respondeo Negando Consequentiā. Est enim dispar ratio. Primo, Quia natura diuina est simpliciter infinita: vnde potest communicari pluri- bus personis per identitatem. Secundō, Quia na- tura diuina ita est in singulis personis, vt nihilo-